



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE  
**BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ  
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولى BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0281

Sabato 29.04.2017

**Lettera del Santo Padre all’Inviato Speciale alla V ULTREIA mondiale dei “Cursillos de Cristiandad” (MCC) (Santuario della Madonna di Fatima, 4-6 maggio 2017)**

In data 19 aprile 2017, il Santo Padre Francesco ha nominato l’Em.mo Card. João Braz de Aviz, Prefetto della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica, Suo Inviato Speciale alla V ULTREIA Mondiale dei *Cursillos de Cristiandad* (MCC), che si terrà presso il Santuario della Madonna di Fatima (Portogallo) dal 4 al 6 maggio 2017.

L’Inviato Speciale sarà accompagnato dalla Missione Pontificia composta da:

- Rev.do Don José Lopes Baptista, Direttore Spirituale Diocesano del MCC nella diocesi di Porto;
- Rev.do Don José Das Neves Machado, Direttore Spirituale Diocesano del MCC nell’arcidiocesi di Braga.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all’Em.mo Card. João Braz de Aviz:

**Lettera del Santo Padre**

Venerabili Frati Nostro

**IOANNI S.R.E. Cardinali BRAZ DE AVIZ**

Praefecto Congregationis pro Institutis vitae consecratae

et Societatibus vitae apostolicae

Cum magno gaudio Maria Magdalene et altera Maria cucurrerunt nuntiare discipulis Iesum vere a mortuis resurrexisse (cfr Mt 28,1-10). Nos autem, nutu divino in beati Petri successione constituti, solliciti intuemur cunctos nostrae aetatis populos, tum eos qui evangelicam Iesu Christi doctrinam cognoscere et segui iam cooperunt tum illos qui divini Verbi nuntios adhuc exspectant, iisque Domini resurrectionem et in Eo aeternae

vitae spem laeto animo testamur.

Sicut certiores sumus facti, Fatimae apud Sanctuarium BMV Reginae Pacis mox V Ultreia Mundialis Curricolorum Christianitatis agetur. De celebratione huius eventus magnopere laetantes, cum Pastoribus et Christifidelibus ibi adstantibus corde coniungimur atque animum iis addere Nostramque benevolentiam manifestare cupimus.

Quamobrem libenter accepimus postulatum Venerabilis Fratris Francisci Iosephi Villas-Boas Senra de Faria Coelho, Episcopi titulo Plestiensis et Auxiliaris Bracarensis, necnon Assistentis Spiritualis Instituti Mundialis Curricolorum Christianitatis (compendiatis litteris OMCC), atque Egregii Domini Francisci Salvador, eiusdem Instituti Praesidis, qui humaniter poscoscerunt ut Patrem Purpuratum illuc mitteremus ad Personam Nostram gerendam. Nos autem censemus te hanc Legationem congrue esse exsecuturum, qui es fidelis proximus Noster cooperator et ardore plenus in catholicam fidem fovendam. Ideo **Nostrum Missum Extraordinarium** hisce Litteris te constituimus ad memoratum coetum diebus IV-VI proximi mensis Mali Fatimae sollemniter agendum.

In hac honorifica explenda missione pro Nobis sacris liturgicis praesidebis actionibus, sermone tuo Nostram ad mentem illustrabis eventus illius momentum, caritatem pariter Nostram testaberis erga cunctos congregatos eosque hortaberis ad hoc magni momenti apostolicum opus diligenter prosequendum.

Nos vero, Venerabilis Frater Noster, dum legationem tuam Immaculato Cordi Beatissimae Mariae Virginis committimus, Eam precamur ut homines toto in orbe benigna intueatur, Filio suo commendet uberrimaque eos impleat spiritali consolatione.

Peculiarem demum Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae nuntiam et propensae Nostrae voluntatis testem, intercedente Fatimensi Regina Pacis, nomine Nostro omnibus huius conventus participibus eorumque singulis communitatibus et Nationibus amanter largiaris volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXIV mensis Aprilis, anno MMXVII, Pontificatus Nostri quinto.

FRANCISCUS

[00649-LA.01] [Testo originale: Latino]

---